HIERONYMUS
um 836/859 Seite 58r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ascendere faciam adte gentes multas sic
ascendit mare fluctuans. & erit tyrus indi
reptionem gentib; nunc ponit manifestius.
quod nabuchodonosor regem babylonis ad
ducat dnis abaquilone regem regũ cũ equis
& curribus; & cũm infinita exercitus multitudi
ne. qui prius subditas tyro In litore ciuitates
& castella subuertat. & post ea obsideri faciat
tyrũ uallis & q; eam exercitu & aggere & mu
nitionib; uineisq; & arietib; impugnat
muros & destruat. & tanta sit multitudo equi
tum eius ut puluere equitatus. & sonitu ulu
lantis exercitus rotarũq; strepitu & equorũ
hinnitu urbis fundamenta moueantur. & sic
ingrediatur ciuitatem dissipatis muris. qua
si de campo securus ingrediens. tantaq; secu
ritas sit uincentis exercitus ut plateas tyri
conculcent equorũ ungulae. & omnis po
pulus in medio corruat ciuitatis. & statuae
quondam nobiles. siue uniuersa substantia
in terram corruat. nihilque pristinarum
diuitiarũ in expugnata urbe seruetur sed
cũ muris domos quoq; nobiles destruantur.